

§. 4. Decernentes, easdem praesentes literas et in eis contenta quaecunque, etiam ex eo, quod quicumque in praemissis quomodolibet jus vel interesse habentes seu habere praetendentes, iisdem praemissis non consenserint, nec ad ea vocati et auditi fuerint, tametsi suorum indultorum vel privilegiorum vigore consentire seu vocari et audiri semel vel pluries quomodo debuissent aut ex alia quacunque quantumvis pia, juridica, privilegiata et rationabili ac etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, causa et occasione, colore seu praetextu, titulo etiam oneroso et capite etiam in corpore juris clauso, ullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis nostrae vel interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam maximo, substantiali, essentiali et formali aut incogitato defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, rescindi, in controversiam vocari aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcunque juris, facti vel gratiae remedium intentari vel impetrari aut impetrato seu etiam motu, scientia et potestatis plenitudine paribus concessio vel emanato, quempiam in iudicio vel extra illud uti, seu sejuvare nullatenus posse, sed ipsas praesentes literas firmas, validas et efficaces existere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, et ab omnibus, ad quos spectat et pro tempore quocumque spectabit, inviolabiliter et inconcusse observari, sicque et non aliter per quoscunque quavis auctoritate, praerogativa et potestate fungentes et functuros, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et definiri debere ac irritum

et inane, si secus super his a quocunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Die 3. Febr. 1754.

(Bull. Bened. XIV. t. I. p. 487.)

RUBRICA.

(Non mutanda.)

Cf.: *Ritus*; *Caeremoniae*; *Caeremoniar.* (vigilans etc.); *Consuetudo*; Instructio Clem. §. XXXVI. n. 18 etc., n. 21 etc.

Ad dubium: An Clerus Colleg. s. Mariae etc. Dioecesis Imolensis in publicis privatisque sacr. functionibus peragendis tam divini Officii quam missarum sol. et convent., et processionum, funeralium et aliorum huiusmodi actuum, teneantur ea, quae juxta rubricae dispositionem, ab (eodem) Canonico Praefecto praescribuntur, omnimode observare seu potius liceat unicuique multoties easdem s. functiones peragere praeter seu contra easdem rubricas?

S. C. resp.: Affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam. n. 4038 ad 7 die 6. Aug. 1735.

Non sunt violandae rubricae imperitorum Laicorum causa. n. 4223 ad 7 die 29. Jan. 1752.

S. RUMOLDUS.

Vd.: *Patronus Dioec.* (oblig. Cleri saec., decr. de die 12. Sept. 1840).

S. RUPERTUS.

(Translatio cum octava.)

Salisburgen.

Festum s. Ruperti patroni Ecclesiae Salisburgensis, quod quia celebratur

27. Martii plerumque incidit in majorem hebdomadam vel octavam Paschatis, in diem 2. Maii transferri et celebrari posse cum sua octava, Illu-

strissimo Bellarmino referente, censuit S. R. Congregatio.
Die 19. Jan. 1619.
(Anal. J. P. 1863 p. 156.)

S.

SABBATUM.

1) Quadrages.

Modus recitandi Antiph. B. V. M.

Ad dubium: Utrum in Sabbatis Quadagesimae ad Antiphonam B. M. V. in Vesperis ante meridiem celebratis sit standum vel genuflectendum, et docet Manuale ecclesiasticum n. 167., edit. Rom. anno 1853.

S. C. resp.: Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Die 12. Aug. 1854.

(Anal. J. P. 1857 p. 2195.)

2) Quatuor temp. Pentecosten.

In Sabbato 4 temporum Pentecosten in missis privatis non potest missa de eadem dominica Pentecosten repeli. n. 1554 ad 2 die 14. Apr. 1646.

Vd.: *Ordinat. in Sabb. 4 temp.*

3) Sanctum.

a) Assistentia Cleri.

Vd.: *Subdiac. in Sabb. s.*; *Bened. fontis* (Ministri).

Consuetudinem Capituli et Cleri Ecclesiae Collegiati Mercatelli, in Sabbato s. Benedictioni fontis et divinis Officiis necnon Missae assistere, esse laudabilem consuetudinem et in posterum ut hactenus servandam.

n. 1383 die 10. Maii 1642.

b) Benedictio Fontis,
Quae mutanda sunt juxta noviss. decreta?

Vd.: *Missale* (correctio, II. A. n. 4 et 5); *Bened. fontis*.

Ad dubium I.: Ex parte Sacerdotum Dioecesis Massae et Populoniae anno 1832 S. R. Congregatio consulta de consuetudine in Sabbato s. benedicendi aquam in aliquo vase separato, ex quo ante infusionem sacr. Oleorum aqua extrahitur et mittitur in fontem, die 7. Aprilis respondit: Ex speciali gratia servari posse consuetudinem. Quum autem haec consuetudo in hac Dioecesi vigeat, quaeritur similiter: utrum servari possit, ut fideles de more pio possint ex hoc vase separato haurire aquam et in domos suas asportare?

II.: In Dioecesi N. et in aliis multi Parochi ob distantiam locorum Olea sacra feria quinta in Coena Domini benedicta tempestive habere non possunt, ut ea in benedictione fontis baptismalis Sabbato s. facienda adhibeant, sed paucis post diebus accipiunt. Habetur quidem Decretum diei 23. Septbr. 1837; at forsitan sanctio hujusce Decreti spectabat casum particularem, in quo versabantur Dioecesis Hispaniae, in quibus benedictio Oleorum facta non fuerat, et nesciebatur quonam tempore accipi possent nova olea sacra. Hinc quaeritur: An in praedicta nostra circumstantia bene-

dictio fontis baptismalis fieri debeat cum chrismate et oleo praecedentis anni et sic tali casui applicanda sit responsio data in Oriolen vel potius omittenda sit tunc infusio chrismatis et olei usquedum accipiantur recenter consecrata, prout innuere videtur decretum diei 12. Apr. 1755 in Lucana ad 3?

III.: Posito quod in praedicto casu benedictio fontis facienda sit cum chrismate et oleo praecedentis anni, quaeritur etiam: utrum accepta nova olea infundi debeant in hanc aquam, quae cum infusione veterum oleorum fuit benedicta?

An potius ad infundenda haec nova olea expectandum sit usque ad aliam benedictionem fontis, quae fiet in vigilia Pentecostes?

S. C. resp. ad I.: Ex speciali gratia utrumque servandum;

ad II.: Pro diversitate circumstantiarum in praxi utrumque decretum servari posse; nam in *Lucana* supponitur, quod in aliquo fortuito casu olea s. ad breve tempus retardentur; et in *Oriolen* loquitur de omnimoda impossibilitate habendi olea s. a propria Cathedrali vel a vicinioribus dioecesibus;

ad III.: In sensu praecedentis responsionis. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.

Die 12. Aug. 1854.

(Anal. J. P. 1857 p. 2201.)

c) Campanae pulsandae.

Ut debitus honor matri Ecclesiae reddatur, Clerici tam saec. quam regul. etiam super hoc ap. privilegio muniti, die Sabb. majoris hebdom., antequam campanae Cathedr. vel matricis Ecclesiae pulsaverint, campanam in Eccles. suis pulsare minime possunt.

Contrafacientes poenam centum ducatorum incurrant.

Leo X. in *Const.*: *Dum inter etc.* 19. Dec. 1516.

Celebretur Officium ab aliis quibuscunque Rectoribus Ecclesiarum pro eorum arbitrio; campanas vero nemo pulsare audeat, priusquam Ecclesia praepositi (matrix). n. 57 die 20. Julii 1593.

In Sabb. s. neque a Saecul. neque a Regul. pulsandae sunt campanae ante pulsationem illarum Cathedralis vel Matricis, nisi antiqua observantia habeatur in contrarium aut Ecclesiae plurimum distent.

S. C. Ep. 16. Julii 1601; 15. Febr. 1622.

Non licere Regularibus Sabbato s. pulsare campanas, antequam in Ecclesia Cathedrali pulsentur. n. 251 die 21. Aug. 1604; n. 632 die 16. Maii 1626; n. 1137 die 26. Mart. 1639.

Debere Omnes de Clero obedire Ordinationibus ab Archiepiscopo factis circa sonum Campanae. n. 387 die 14. Junii 1608.

In nulla Ecclesia, quantumvis exempta tam Regularium quam Saecularium licitum esse Sabb. s. pulsare campanas antequam pulsentur in Ecclesia Cath. n. 514 die 14. Nov. 1615; n. 2014 die 22. Nov. 1659; n. 2273 ad 10 die 24. Maii 1644; n. 3231 die 2. Sept. 1690; n. 3292 die 13. Sept. 1692; n. 3526 die 22. Aug. 1699; n. 4013 ad 3 die 21. Mart. 1733; n. 4119 ad 13 die 2. Sept. 1741.

In Ecclesia Matrice pertinere Sabb. s. pulsare Campanas ante omnes alias Ecclesias ejusdem civitatis, quae non debent tangere Campanas dicta die Sabb. s., antequam pulsatae sint in Ecclesia Matrice. n. 540 die 3. Junii 1617; n. 3450 ad 2 die 14. Decb. 1697; n. 3670 ad 9 die 12. Jan. 1704; n. 4042 ad 13 die 21. Apr. 1736.

Ad Ecclesiam s. Georgii uti *Matricem* spectare Sabbato s. ante omnes alias Ecclesias pulsare Campanas. n. 565 die 20. Februarii 1619; n. 3308 die 18. Apr. 1693.

In Sabbato s. pulsatio Campanarum spectet et pertineat privative quoad alios omnes ad Matricem*). n. 1047 ad 7 die 6. Sept. 1636; n. 1140 die 16. Apr. 1639; n. 1141 die 16. Apr. 1639; n. 1297 die 2. Mart. 1641; n. 1912 die 13. Julii 1658; n. 2050 ad 1 die 17. Apr. 1660.

Non licere Regularibus pulsare campanas die Jovis Sancti post silentium illorum parochialis (matricis) et die Sabb. s. ante earundem pulsationem. n. 2574 ad 6 die 19. Dec. 1671.

Non licere Canonicis Collegiate Juvenacen. pulsare campanas die Sabb. s. ante Cathedrali. n. 2786 die 13. Junii 1676.

Idem decretum est pro Canonicis Colleg. Cerreti. n. 2970 ad 3 die 22. Nov. 1681.

Ad dubium: an Sabb. s. Religiosi existentes in coenobiis ultra milliare ab oppidis distantibus in sonitu nolarum (i. e. campanarum) conformare se debeant Ecclesiae matri?

S. C. resp.: Affirmative. n. 4870 ad 3 die 31. Aug. 1839.

Camerinen.

Canonici Colleg. Eccl. s. Martini in oppido s. Anatoliae intra fines Archidioec. Camerinen., etsi ab anno 1645 16. Cal. Oct. ab hac S. R. C. decretum impetrarint, ut in Sabb. s. primi, eliam ante matricem s. Anatoliae, pulsarent campanas, quod quidem jus privative ad Collegiatam ipsam spectare

*) Per matricem intellige quoque *parochialem* in dioecesi, ante quam non possunt Regulares neque confraternitates suas campanas pulsare. S. R. C. 19. Febr. 1608 juxta Gav.

tunc definitum fuit; attamen in praesentiarum iteratis precibus S. ipsam C. rogarunt enixe, ut declarare dignaretur, an titulus matricis, non obstante hujusmodi definitione, possit usurpari a praedicta Eccl. paroch. s. Anatoliae? Quas quidem preces quum Secretarius subscriptus retulerit in Ordinario Coetu S. R. C. hodierna die ad Quirinale habito, S. ipsa C. rescribendum censuit: „Etiamsi parochiali Eccl. s. Anatoliae competat titulus matricis, juxta tamen Constitutionem s. m. Leonis Papae X. et alias decreta jus pulsandi campanas Sabb. s. competere ad Eccl. digniorem nempe Collegiatam.“

Atque ita rescripsit.

n. 5080 die 27. Febr. 1847.

Ad *Gloria etc.* in Sabb. s. pulsantur campanae et organum et prius debent moneri aliae Ecclesiae civitatis, ne pulsent campanas nisi prius audito signo campanarum Cathedralis.

Caer. Ep. l. II. cap. XXVII. n. 23.

d) Celebrans.

Vd.: *Bened. fontis; Litaniae in Sabb. s.; Offic. hebdom. s.* (in paroch.)

Parochi possunt die Sabb. s. alteri Sacerdoti Missae celebrationem in propria Ecclesia comittere. n. 4252 ad 2 die 12. Apr. 1755.

Vd.: *Sabb. s.* (jus functiones etc.)

e) Jus functiones s. peragendi in Sabb. s.

Ad dubium 1.: An jus canendi Missam conv., benedicendi fontem et faciendi alias functiones Eccles. in die Sabb. s. spectet privative ad Eccles. Archipresb. Vetiani?

2.: An Vicarii perpetui paroch. Ecclesiae Vetiani inferioris teneantur in Sabb. s. accedere ad dictam Ecclesiam et praestare assistentiam personalem benedictioni fontis et aliis functionibus?

3.: An et quomodo in casu renitentiae sint cogendi?

S. C. resp. *ad 1. et 2.*: Affirmative; *ad 3.*: Prout de jure et amplius in omnibus.

Die 10. et 24. Apr. et 15. Maii 1717; 23. Julii 1718.

Vd.: *Orator. publ.* (functiones etc.); *Capellanus.*

f) Litaniae quando incipiendae?

Vd.: *Litan. in Sabb. s.* (recitatio.)

Ad dubium: In Sabb. s. post benedictionem fontis baptismalis in actu redeundi ad altare, an liceat incipere litanias omnium sanctorum cantandas ante altare?

Resp.: Caeremoniale Episcoporum loquens de litanis in Sabbato s. Episcopo functionem peragente apertis verbis designat, quo tempore inchoandae sunt. Sane lib. 2. cap. 27. n. 19. haec habet: „Si Episcopus id praestiterit (id est benedixit fontem) eodem ordine redibit ad altare majus, deposito pluviali cum mitra, procumbit ante illud super faldistorio et pariter omnes in suis locis genuflectunt: et duo capellani sive cantores genuflexi ante scabellum versus cornu Epistolae retro Episcopum habentes ante se librum inchoabunt litanias“; et cap. sequ. 28., ubi sermo est de officio Sabbati s. Episcopo tantum praesente, idem repetit n. 10. „Duo capellani sive cantores genuflexi ante scabellum post Episcopum et Celebrantem habentes ante se librum inchoabunt litanias.“ Ex Caeremoniali itaque Episcoporum litanis initium dari nequit nisi cum Episcopus vel Celebrans coram Episcopo ad altare pervenerit et ante ipsum genuflexerit, quod et fieri debet etiam in Cathedrali dioecesis s. Marci, cum responsione ad propositum dubium: *Strictim servetur Caeremoniale.* Attamen Episcopo non in-

terveniente putarem in casu standum esse missali romano praescribenti, ut in ipso reditu celebrantis et ministrorum litaniae inchoari valeant, quae prosequantur ante altare: „Revertentibus Sacerdote et ministris ad altare cantantur litaniae a duobus Clericis etc.“

S. C. resp.: *Episcopo non praesente servetur missale.*

Die 7. Sept. 1861.

(Anal. J. P. 1863 p. 2247.)

g) Missa privata.

Vd.: *Annuntiatio B. V. M.* (decr. n. 3202 et 3274); *De conclus. Orationis Missae* vd.: *Missale* (Correctio, II. A. n. 6.); *De Missa priv. Sacerdotis privilegiati in Sabb. s.* vd.: *Offic. hebdom. majoris in paroch.*; *Prophetiae* (non omitt. in Missa priv. etc. nota.)

Ad dubium: An in Ecclesiis paroch. et non parochialibus, ubi deest numerus cantorum, possit celebrari in Sabb. s. unica Missa *privata loco solennis*, ut in eisdem Ecclesiis fiat benedictio luminis, cerei et aquae?

S. C. resp.: *Negative.* n. 3433 ad 1 die 13. Julii 1697.

Remisso supplici libello, quo humiliter Sanctitas Sua a D. Marchione de Villafranca ... supplicabatur benigne indulgere, ut in Sacello B. V. M. de los Remedios in conventu Patrum de Mercede Villae Matriti Toletanae dioecesis existente die Sabb. s. tres Missae priv. possent quotannis celebrari,

S. C. resp.: Pro una Missa privatam post sol. Missam et dummodo non transeat in exemplum. n. 3501 die 22. Dec. 1698.

Episcopus volens die Sabb. s. Ordines conferre praestare hoc non valet Sacrum privatim peragendo in proprii Palatii Sacello vel alibi. n. 3624 die 18. Mart. 1702.

Ad dubium: An ad eliminandos abusus, si qui irrepserint, sit consulendum SSmo pro revocatione cujuscumque Indulti celebrandi privatim eam-

dem Missam, firmo tamen remanente singulari privilegio aliquibus Ecclesiis peculiaribus attentis circumstantiis concesso, unam vel alteram Missam lectam celebrandi post unicam solemnem de die?

Et S. eadem C., re mature diligenterque discussa, ... respondendum censuit:

„Affirmative juxta Votum (*videlicet*: Consulendum SSmo pro revocatione cujuscumque Indulti celebrandi privatim in Sabb. s., firmo tamen singulari privilegio aliquibus Ecclesiis, peculiaribus attentis circumstantiis, concesso, unam vel alteram Missam lectam celebrandi post unicam solemnem de die, prout in dubio“).

Atque ita respondit et servari mandavit, die 28. Julii 1821.

Facta autem de praemissis omnibus SSmo D. N. Pio VII. P. M. per infrascriptum S. R. C. Secretarium relatione, S. S. S. C. responsum approbavit confirmavitque atque, ut ab omnibus servetur, in acta ejusdem C. referri typisque vulgari praecepit.

n. 4583 ad 3 die 31. Junii 1821.

(Vd. infra decr. n. 5132.)

NOTA GARDELL. AD HOC DECRETUM:

Quamquam vero, ex praesenti Ecclesiae disciplina, solemnibus celebratis Officiis actisque functionibus, quae Missam praecedunt, tantum diei spatium supersit, quo possit a Sacerdotibus privatim Sacrum fieri et exempla non desint apostolicae concessionis: attamen, si quaeramus, quid juris? satis implexa quaestio enodanda se offert. Scriptores tam theologi quam liturgici non in unam eandemque sententiam conveniunt; imo plerique ex illis, qui Sacerdotibus facultatem tribuunt privatim celebrandi feria V. in Coena Domini, putant etiam fieri idipsum posse sequenti Sabbato: sed hi non animadvertunt magnum, quod

unam inter alteramque diem discrimen est. Siquidem feria V. diebus aliturgicis non adnumeratur, imo, ut notatum est supra, prae caeteris Sacrificium jure postulat; Sabbatum vero, ut feria VI. in Parasceve, aliturgicum est, quia Ecclesia, per integrum saltem ejusdem diei civilem cursum, in solitudine et moerore versari deberet ob mortem et supulturam D. N. J. Chr., veluti habetur in epistola *Innocentii I. ad Decentium* relat. *in cap. Sabbato dist. 3. de consecratione.* Antiqua monumenta testantur, s. functiones inchoari consuevisse ingruentibus jam tenebris; cum essent multo longiores praesertim ob illorum copiam, qui s. Fonte erant abluendi, Missam, quae post litanias celebrabatur, mediae nocti fuisse conterminam. Equidem paulatim immutatus est mos per anticipationem, religiose tamen retentus et servatus liturgicus ordo. Quamobrem, etsi nocte Sacrificium non offeratur, sed circa meridiem, nihilominus infra actionem praecipit rubrica, ut ad *Communicantes* legatur *sacratissimam noctem.* Id sufficit, quin immerer in paschali praeconio praemittendo nedum prophetiis verum etiam fontis benedictioni, in quo secus ac si nocte concubia, adhuc legeretur, pluries repetitur: *Haec nox est.* Sacrificium, quod noctis erat, utique modo offertur ante vel circa meridiem et quod diei superest, ob annunciatam Dominicam Resurrectionem, laetitiae significationibus decoratur; nihilominus quantum fieri potest, ne prorsus obliteretur antiquorum temporum disciplina, aequum, ut per anticipationem solemnia fiant, non item privatae Missae celebrentur. Hinc est, ut si aliquod festum ex praecepto servandum incidat in feriam V. aliquot Missae privatae ad fidelium commoditatem permittuntur, non autem, si tale festum occurrat in Sabb. s.,

ut ex decretis in hac collectione relatis. Tametsi vero repudianda sit scriptorum sententia, qui ponunt in Sacerdotum facultate, si velint, privatim lectam Missam celebrare, potest tamen Apostolica Sedes, peculiaribus attentis circumstantiis, in aliqua casu generalis legis temperare rigorem ac privilegium elargiri id agendi, quod pro lubitu fieri nullo modo potest. Sed hac indulgentia Apostolica Sedes parce utitur, ne ex privilegiorum copia inducantur abusus, ideo in eorumdem usu modum praescribit ac debitum ordinem: Exemplo sit indultum, de quo supra favore Ecclesiae tituli *s. Mariae de Antiochia, ac alterius s. Mariae de los remedios* Tolitanae dioecesis.

Datis precibus ab Hispaniarum apud S. Sedem Oratore ad *S. M. Innocentium XII.*, eadem ipse S. R. C. pro voto remisit; et haec, maturo praemisso examine circumstantiarum, quae alicui indulgentiae locum dabant, ita annuendum censuit, ut certus Missarum numerus esset praefiniendus, privilegium nequirent in exemplum adduci et generali decreto anni 1690, quod firmum manet, in peculiari casu derogantum foret. SSmus vero votum S. C. admisit confirmavitque, sed *pro hac singulari gratia literas in forma Brevis* expediri jussit.

Quia tamen temporis successu percrebuerunt abusus et aliqui vel forte plurimi, aut scriptorum placita sequentes aut privilegia jactantes eaque pro lubitu extendentes et interpretantes, privatam Missae celebrationem licitam arbitrabantur: ideo S. C., ne ultro progrediatur et invalescat corruptela, proposito dubio respondit: *Juxta votum*, videlicet confirmanda et ad observantiam revocanda esse decreta vetantiam Missas lectas, praeter unicam solemnem in Sabb. s.; et consulendum SSmo pro revocatione cujuscumque indulti

(scilicet personalis); firmis tamen privilegiis concessis aliquibus Ecclesiis unam alteramve Missam lectam celebrandi, dummodo tamen id non fiat ante Cath. vel matricis festivum campanarum sonitum, ut in responsione ad 2. partem praecedentis dubii. Atque heic loci adnotatum volo, scriptores illos, qui privatam Missae celebrationem licitam existimant, floruisse antequam prodiret generale decretum anni 1690, quod non limitatur ad Urbem ejusque districtum sed generalem legem omnibus imponit. Hinc fit, ut sola Apostolica Sedes eam queat relaxare, quin idipsum a locorum Ordinariis fieri possit. Clara sunt verba decreti: *Celebrationem quoque Missarum dicta die Sabb. s. omnino prohibendam in quibuscumque Ecclesiis et Oratoriis privatis et unicam Missam Conventualem una cum Officio ejusdem Sabb. s. celebrandam fore praecepit.* Quum autem hoc decretum Summus Pontifex sua auctoritate firmaverit et ope typorum evulgari jusserit, vim habet legis universalis, quae relaxari nequit, nisi ab eo, a quo lata est.

Ad dubium 1.: An post decretum diei 31. Julii 1821 possint amplius Sacerdotes uti Indulto jam impetrato celebrandi Sacrosanctae Missae Sacrificium in Sabb. s.? Et quatenus affirmative;

2.: An Sacerdotes ipsi Indultarii ea die celebrare possint ante quam ab Eccl. matrice cum festivo sonitu Nolarum gloria Resurrectionis annuncietur?

3.: An idem sevari possit iis in Eccl., in quibus ex Apostolico Indulto una alterave Missa celebratur?

4.: An hujusmodi Missis privatim praemittenda sit lectio prophetiarum et litaniarum; an vero incipiendae sint ab introitu?

5.: An Eccles. parochialis omnino adigatur ad functiones Sabb. s. juxta parvum Caeremoniale s. m. Bened. XIII., si sufficienti Clero destituantur; et an hujusmodi in casu Missa ordinanda sit ut in praecedentibus dubiis III. et IV.? Et S. eadem C. ... rescribendum censuit

Ad 1.: „Servetur decretum diei 31. Julii 1821 per se clarum.“

Ad 2.: „Quum Indultum respiciat Ecclesias, affirmative post solemnem.“

Ad 3.: „Jam provisum in secundo.“

Ad 4.: „Juxta idem decretum more solito, sed sine introitu post psalmum: *Judica me Deus* et confessionem.“

Ad 5.: „Affirmative et servetur in omnibus solitum juxta parvum Caeremoniale Benedicti Papae XIII.“

Atque ita rescripsit et declaravit n. 5132 die 22. Julii 1848.

DECRETUM GENERALE.

Celebrationem Missarum die Sabb. s.*) omnino prohibendum in quibuscumque Eccles. et oratoriis priv. non obstante quacumque consuetudine in contrarium.

Die 11. Febr. 1690.
(Bull. r. t. XII. p. 181.)

*) Anno 1710 Vicar. gen. P. Clement. XI. in executionem decretorum saepius a S. C. R. iteratorum districte praecepit omnibus Sacerdotibus tam saecul. quam regul. licet privileg. non celebrare Missas priv. non solum fer. VI. sed etiam fer. V. et Sabb. s. hebdom. majoris, quod etiam intelligi debet non solum in oratoriis priv. sed etiam in Eccles. publ., non obstante quocumque privilegio et contraria consuetudine.

Item *Clemens XIV.* in Brevi ad Episcopum Civitat. virtute s. obedientiae et sub poenis arbitrio imponendis praecepit et mandat Canonicis ejusd. Ecclesiae ne ipsi priv. Missas fer. V. in Coena Dom. celebrari audeant vel praesumant, sed omnes juxta ritum Ecclesiae SS. Eucharistiam de manu Sacerdotis celebrantis Missam conv. eadem die sumere omnino debeant et teneantur (Misc. Theol.).

Si praeter parochum in sua parochia Sacerdos aliquis cujuscumque conditionis aut dignitatis Missam privatim feria V., VI. ac Sabb. maj. hebdomadae celebrare ausus fuerit, ipsum graviter puniemus et a divinis etiam interdiciemus.

(Bened. XIV. in Const. Eccles. 38.; Corresp. de Rome 1848—49. Ed. II. p. 32.)

h) Missa solemnis.

Ad dubium: an liceat cappellano confraternitatis SS. Sacramenti Montis Marci canere Missam in Sabb. s. in Ecclesia confraternitatis?

S. C. resp.: Servetur decretum Episcopi (quod prohibuit). n. 3457 ad 2 die 25. Jan. 1698.

Vd.: *Sabb. s.* (Missa priv. decr. n. 3433.)

i) Ritus huj. diei.

Vd.: *Coena Dom.* (Processio; decr. n. 4647 nota.)

SACELLUM.

Vd.: *Oratorium; Capella; Sacellum, in quo cantatur Tertia, vd. Tertia* (locus cantandi).

SACERDOS.

1) Adorare debet publice expositum SSmum.

Vd.: *Instr. Clem. §. IX.*

2) Aegrotus SS. Sacr. Euchar. sibi porrigens manu propria.

Si quis Sacerdos aegrotus SS. Viticum suscipere vellet manibus propriis atque in os suum inferre non renuente Sacerdote, damnari non meretur.

Bened. XIV. Synod. dioec. l. 13. c. 13. c. 19. §. 25.